Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26825
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gratiam et gloriam super illuminante oculos cordis mei
que te post ponens uicit et mancipauit eternis
suppliciis. arte perusam thesauros disposicionis
imperii tui. me autem letificata mors sanctorum qui me con-
cuderunt. omnia contriuerunt. obligauerunt uero patrem
tuum diabolum. Iustus autem in imbutione diuina-
rum scripturarum sicut palma florebit. arefaciens
malignorum seductiones. calle anchora statuens
meam nauiculam in procellosi pelagi fluctu. perfi-
dele gubernatorem qui animam meam gubernat in
tranquillum portum confugiens. qui anchoram iac-
tans ut ulciscatur ab inimicis. et uictoriam sumat
de eis. Et ego transfretaui pelagus dextram mihi
extendente Christo. ad presidium uenire spei de-
sidans. ut uincam seductionis tue nequissimum
cursum. uideam uero Christum coronantem me. qui iuste
mihi tribuit arma iusticie contra nequiciam patris
tui diaboli. Imperator uero iratus dixit ad eam. Non
moreris Martina. sed ingressa sacrifica honorifi-
centissime dee artemide. et magni et puris-
simi pulchritudinis tue cognicionem ingredere.
Non ergo cogites blasphemare contra eam. Illa uero lau-
dabilis martyr dixit. Iubes me imperator ingre-
di in templum in quo habitat qui cooperatur tibi. in
mobili atque surdo et ceco decore amicto ido-
lo. Ad hec alexander dixit. Ingredere et sacrifica
prompte. ut non aferis penas. Sancta martyr dixit. Illo
meo gratiam largiente. et concertante mihi humi-
li. et te iubente ingrediar. Cognouit uero demon
qui habitabat in idolo artemide. quia uenit
sancta perdere eum. et clamauit uoce magna di-
cens. Ve mihi. quo fugiam a spiritu tuo. deus celi igne
me persequitur a quatuor angulis templi.
Ingressa est autem beata Martina in Christi nomine
se faciens crucem. et respiciens statuam idoli
demoniacam. dixit imperatori. Vide seductionem
tuam imperator. oculos non uidentes. aures non audi-
entes. manus non palpantes. pedes non ambulan-
tes. uanam speciem effigiem deornatam. Vis ergo
imperator ut sacrificem ei. Alexander uero subito
gaudebundus effectus non intelligens quia ir-
rideretur. dixit. Viuas domina. quia consensisti mihi. Et ad-
propinquauit ad idolum artemidis et dixit. Tibi di-
co qui habitas in hoc idolo muto. moue te. et
stride dentibus. et egredere. seductio illorum qui tibi
insensate sacrificant. Hec dicens ad idolum
orationem fudit ad dominum dicens. Omnium rex
eterne deus. qui thronum inuisibilis glorie contines qui ce-
ce stabilisti. et terram fundasti. qui aquas condi-
disti. qui draconem contriuisti. et legionem effugas
in tartari chaos qui confusione precipitantes inse-
renum portum introduces. qui principalem potes-
tatem diaboli intemptoris hominum ad nichilum re-
degisti. qui ab omni gloria angelica tremendi te cum ti-
more adoraris. qui angelica agmina deputasti
te adorare solum. qui tantam magnitudinem celi sa-
pienter in stellis deornasti. et splendorem solis ius-
ticia instituisti. qui lucentis ambitum lune ordi-
nate cursum suum perficere statuisti. qui incontaminata
et eterna cum timore adorans te deprecor non
me deseras domine. sed suscipe deprecationem meam.
et inreuerenda et multimoda feditate de-
monis dampnationi mancipa. et idolum hoc
hominis manufactum destrue. ut seductionem
multimodi demonis et omni malicia plenum
alexandrum in diuersis suppliciis cognoscere facias.
quia tu es deus uerus qui destructionem in idolis habitan-
tium fecisti. et sacerdotes eorum destruxisti. quia bene-
dictus es in secula amen. Et mox tonitruum cum fulgore
factum est. et ignis cecidit de celo. et combussit sacerdo-
tes in templo. et multitudo populi mortua est. et im-
peratoris partem dexteram eius purpure combussit. et
idolum artemidis in fauillam redegit. Beata uero Mar-
tina dixit. Gloria in excelsis deo qui dat pacem diligen-
tibus se. et in terra pax hominibus qui inuocant nomen
eius in ueritate. Et iratus imperator non considans miraculum
neque uirtutem inuisibilis dei. dixit ad iustinum prefec-
tum. Accipe iniustam. suspende eam. et extensam
cum spatis acutis et uncinis ferreis circumfac in-
cidi. quatenus uicem istius seculi derelinquat. Ego
enim merore ualde sum plenus. et uidens eam iam
consternatus presistorium. Et sedens pro tribunali precepit
introduci beatam Martinam dicens. Ingrediatur de-
structrix templi. et uideam eam quid uelit. Ipsa autem
ingressa est subridens. Tunc prefectus dixit ad eam.
Irrides me iniusta. quia adhuc relinquo te uiuere.
per solem mundissimum. interiora tua perire faciam
canibus. si non sacrificaueris diis. ut uideam qualem so-
latium adhibeat tibi Christus tuus. Sancta martyr dixit.
Nonne habeo irridere contra impie potentiam
imperatoris tui. quia uictus est a muliere per Christum.
et iterum me tibi tradidit. Prefectus dixit. Dominus est.
et potestatem habens te mihi tradidit. ut aut
sacrifices aut penis intereas. Martina dixit. Ecce
non sacrifico. crucia me quantum uis.

Tunc iussit prefectus extendi eam in contro.
et cum spatis incidere membra eius. Cum autem in-
cideretur. clamabat dicens. Crux Christi adiu-
ua me. quia ad te confugi. Prefectus dixit. Circa ma-
millas ungulis adtrectate eam dicentes. Liber-
et te deus tuus. Que ungulis adtrectata nichil
omnino loquebatur. sed solis oculis ad dominum respiciebat. Ac-
cipiente autem ea centum et decem et octo incisiones
ab uncinis. et sparte prefecto iustino quod iam ex